Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

memorari preteritum ordinare presentia et prouidere
futura sicut dicit Gen. ca. Item etiam officium est
de bonis et malis eligere sive bona de bonis
eligere meliora et de melioribus optima Et
per hec omnia et filius lume dirigenti lume tene
bras repellenti. Tramontane mare nauigantibus
ostendit oculo totius corporis illuminanti et baculo
totius itinere dirigenti Dicit enim prudencia
iuxta dictum philosophum quod in rebus est melius quod est
pretiosius quod est virtuosius quod est finis vicinius quod est
optimo similius quod est a malo remotius et quod
est durabilius et sic de aliis omnibus. Sicut officium
prudens est se a malo auertere et mala consilia de
clinare et quia ad hoc est signata in fronte cui
prudencie oportet caput semper custodire et pro eius
salute totum corpus exponere et uocem incantantis
magna prudencia declinare Nam dum uocem
audire incipit incantantis umbra aure cauda in
missione concludit et aliam terre infigit et
si uocem incantantis effugit. Ob hanc enim causam
dominus in euangelio dicit Estote prudentes sicut
serpentes. Quid est enim corpus pro capite ponere nisi
pro capite meo christo in mortem nos tradere
Item cauda finis est corporis et id signatiua mortis
que est finis hominis. Quid est ergo cauda aurem
claudere nisi sepe de morte cogitare. Plato ei
dicit quod vita hominis sapientis tota debet esse in conti
nua meditacione mortis. Item quid est altera
autem terre infigere nisi utilitate terrene sine mo
re iniquo sepius ruminare et sic humiles cor
de esse Et per hec omnia maxime iubam incantantis
demonis non audire Si quis enim diabolum in
cantantem admodum audiat et non statim impe
temptacionis anteeum capiat minuitat ipsum ca
ad petram christum allidat sine piculo non euadit
Nam in figura diaboli dicitur de serpente quod vbi